

Kern 254
(1-19)



DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
METASTASIBUS LACTEIS,

QUAM,
SENSU ILLUSTRIS MEDICORUM ORDINIS,
PRAESIDE
VIRO ILLUSTRISSIMO, EXCELLENTISSIMO,
PHILIPPO FRID. THEOD. MECKEL,
MEDICIN. ET CHIRURG. DOCTORE,
PROFESSORE PUBL. ORDINARIO, DIRECTORE INSTIT.
CLIN. REG. CHIRURG.,

PRO
GRADU DOCTORIS MEDICINAE
DIE XII. SEPTEMBRIS MDCCXCIII.

LEGITIME OBTINENDO
PUBLICE DEFENDET

AUCTOR
FRIDERICUS GOTTHILFT VOIGTEL
ISLEBIENSIS.

HALAE
TYPIS GRUNERTIANIS.





VIRIS
ILLUSTRIBUS, EXCELLENTISSIMIS,
CELEBERRIMIS,
PHILIPPO FRID. THEOD. MECKEL,

MEDIC. ET CHIRURG. DOCTORI,
PROFESSORI PUBL. ORDIN. IN ACADEM. FRIDERICIANA,
INSTIT. REG. CLIN. CHIRURG. DIRECTORI

ET

IOANNI CHRISTIANO REIL,

MED. ET CHIRURG. DOCTORI,
PROFESSORI PUBL. ORDIN. IN ACADEM. FRIDERICIANA,
SCHOLAE CLINICAE DIRECTORI ET CIVIT.
HALENS. PHYSICO,

PRAECEPTORIBUS, FAUTORIBUS,

PER OMNEM VITAM
PIE, SANCTE COLENDIS,

NEC NON



V I R O
EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO
TRAUGOTT GOTTHILFT VOIGTEL,
MEDICINAE DOCTORI,
PRACTICO APUD ISLEBIENSES CELEBERRIMO,

PATRUO,

AETERNA PIETATE COLENDO,

SACRUM!



V I R I
ILLUSTRES, EXPERIENTISSIMI,
P R A E C E P T O R E S, P A T R U E,
O P T I M I!

Accipite, VIRI ILLUSTRES, PRAECEPTORES
longe de me meritissimi, iuvenis, qui nullo alio mo-
do gratias erga Vos persolvere scit, primitias, tam-
quam pietatis monumentum aeternae pro tot tantis-
que in me collatis beneficiis. Respiciatis placido ac
benigno vultu hasce pagellas, quae licet indignae
videantur, quae tantis offerantur Viris, at Vos ta-
men eratis dignissimi, quibus me quantulamcunque
meam debere scientiam si publice profiterer, id ipsi
mihi honorificentissimum esse iudicarem.

Acci-



Accipe et TU, PATRUE OPTIME, hanc opel-
lam, qua soles me semper amplecti benevolentia,
TU, qui a primo vitae meae die multis beneficiis
me prosequutus es, quorum memoriam nunquam in
animo meo intermorituram esse spondeo.

Dici non potest, quam suavi animi affectu me
semper futurum esse profitear

N O M I N U M V E S T R O R U M
I L L U S T R I U M

Cultorem observantissimum

F. G. VOIGTEL.



DE
METASTASIBUS LACTEIS.

— ut potero, explicabo: nec tamen quasi Pythius Apollo,
certa ut sint et fixa, quae dixerò, sed ut homunculus,
unus et multis probabilia coniectura sequens.

CICERO Tuscul. Quaest. I, 9.



PROOEMIUM.

Multa ad elaborandum aderant argumenta; elegi iterumque reieci; denique decrevi, quaedam de metastafibus lacteis scribere.

Haud facilis quidem et omnino audax est conatus, si novus atque inexercitatus auctor inveteratas opiniones oppugnat; sed anceps imo, si viri celebres atque magni, adhuc viventes, eas defendunt.

Sic res sese habebat cum metastafi lactea, quam VV. Cell. SELLE, HUFELAND, SACHTLEBEN, alii, nuperrime adhuc tuebantur.

Attamen ausus sum! praesertim cum non dubitarem, quin utile sit, ut doctrina de illo morbo, quae adhuc obscura, implicata multis videatur, latius exponeretur.

Mea quidem exercitatio illud, quod ei dare doctior ac peritior vir potuisset, pretium non habet; tamen spero, iudices aequos atque iustos invenem, eiusque primitias non cum ea, quam viris sagacioribus tribuant, severitate esse iudicaturos.

Ut ordinem quemdam in dissertatione mea tenerem, eam ad hanc rationem elaboravi:

- SECT. I. complectitur historiam morbi atque notitiam literariam;
- SECT. II. divisiones atque sedes; quas metastafibus dederunt auctores et ubi eae repertae dicuntur;
- SECT. III. causas, quibus vulgo hic morbus tribuitur;
- SECT. IV. refutationem vulgarium de causis huius morbi opinionum, atque definitionem earum accuratiorem.



SECTIO I.

HISTORIA MORBI.

Metastasis in genere dicitur: aberratio materiei morbificae a loco, ubi ab initio erat, ad locum alienum. Inde pater, metastasin, ut dicunt, lacteam esse aberrationem, seu depositionem lactis a mammis ad locum corporis quemdam.

Nomina huius morbi sunt varia. Dicitur scilicet **LAT.** metastasis lactea, metastasis lactis, aberratio lactis, lac aberrans, decubitus lactis, depositio lactis, sparganosis; **GERMAN.** Milchverfetzung, Milchverirrung; **BELGIC.** Zogverplaatfing; **ANGL.** translation of the Milk; **FRANCO-GALL.** depôt laiteux, depôt de lait, engorgement, lait repandu, infiltration laiteuse, cett.

Varii sunt medici antiquiores atque recentiores, qui doctas ad huius generis morbos collationes exhibuerunt.

HIPPOCRATES iam de metastasi lactea mentionem fecisse dicitur. Neque vero loquutus est pater medicorum in eo, qui huc allegatur, loco, de metastasibus lacteis puerperarum, sed de mulieribus, quae morbo quodam, seu alia calamitate, mammis sunt privatae. Locum illum habes in eius libro de Glandulis Tom. I. pag. 414. edit. **VAN DER LINDEN.**

WILLISIUS primus hunc morbum memoravit in Crit. Februm, Cap. xvi. de febre puerperarum, in opp. omnibus, Genevae 1695.

Paulo post eum **MAURICEAU** in Observations sur les maladies des femmes grosses et l'accouchement. Parisiis 1706. 4.

Sic et plures huius aetatis auctores morbos, a lactis aberratione originem trahentes, variis locis memorarunt; sed vel nimis breves, vel obscurae, omninoque ad historiam et illustrationem morbi nostri sunt levissimae hae commemorationes. Inde, ne inutilia congeramus, eas praetereamus, et statim nos ad aetatem **PUZOSII** vertamus!

Qui



Qui vir primus systematice et docte de his morbis scripsit. Eius dissertatio, post mortem auctoris, in fine libri, cui titulus: *Traité des accouchements*, contenant des observations importantes sur le Pratique de cet art; deux petites traités, l'un sur quelques maladies de matrice, et l'autre, sur les maladies des enfans du premier age. Quatre memoires dont le premier a pour objet les pertes de sang dans les femmes grosses et les trois autres sur les depôts laiteux. Par Mr. Puzos. Corrigé et publié par Mr. MORISOT DESLANDES. Paris. 1759. 4. edita est. Versio germanica reperitur in: *Sammlung auserlesener Abhandlungen zum Gebrauche praktischer Aerzte*. Edit. II. Lips. 1783. Tom. I. Part. I. pag. 3 — 87.

Post eum haec artis medicae pars a pluribus auctoribus, inprimis Gal-
lis, latior exponebatur. Attamen primi Puzosium tantum sunt sequuti,
aut saltem non multos fecerunt progressus, usque ad nuperrimam aetatem,
ubi multi viri docti, in his praesertim Germanici, acutius rem adsequuti
sunt eamque in lucem clariorem retulerunt.

Transeamus inde ad enumerationem virorum doctorum, qui huic rei
vel proprios libros dicarunt, vel in aliis operibus eam tetigerunt.

I. DAVID, dissertation sur ce qu'il convient de faire pour diminuer,
ou supprimer le lait des femmes. Paris. 1763. Versionem Belgicam dede-
runt Haarlem Verhandelingen Tom. VII., et Germanicam Viri Docti:
in *Sammlung auserlesener Abhandlungen* cet. Tom. I. Part. I. pag.
87 — 139.

A. LEVRET l'Art des Accouchements. Edit. III. Paris 1776.
§. 874. 887. 894. 910. 922. 980. 986. quae omnia congesta habemus in
Sammlung auserlesener Abhandlungen. Tom. I. pag. 139 — 166.

F. A. DELEURYE *Traité des Accouchements*. Paris. 1770. Versio
germanica exstat in *Sammlung auserlesener Abhandlungen* l. c. pag.
167 — 186.

I. ASTRUC *Traité des maladies des femmes*. Paris. 1768. In ger-
manicam linguam vertit C. F. OTTO. Dresd. 1768 — 76. Tomi 6.

LAMBERT BICKER *Verhandelingen van het Zog der Vrouwen*.
Lugd. Batav. 1763.

VAN



VAN SWIETEN Commentar. in Boerhavi aphorismos. Tom. VI.
pag. 610. fqq.

HENKEL medicinische und chirurgische Anmerkungen. Part. I.

BOURTON System. of Surgery. Lond. 1768.

STORCH von den Weiberkrankheiten.

CH. G. LUDWIG adversaria medico-practica. Lips. 1769 — 73.
Tom. I. Part. I. pag. 12. Part. IV. pag. 585. sq.

I. VAN DER HAAR in Haarlem. Verhandeling. Tom. VIII. Part.
II. pag. 380. Vert. in Sammlung auserlesen. Abhandl. Tom. II. Part. I.
pag. 135. fqq.

Porro idem auctor in Verhandelingen te Rotterdam. Tom. VI.
pag. 75. fqq. Verf. germ. in Sammlung auserles. Abhandl. Tom. IX.
pag. 449.

WILH. DEN APPEL in Verhandeling. te Haarlem. Tom. XVI.
Part. II. pag. 350.

C. F. IAEGER dissert. de metastasi lactea. Tubing. 1770.

C. RAULIN maladies des femmes en couche. Paris. 1771. Cuius
libri versionem germanicam dedit Cl. BURDACH. Lips. 1773.

I. C. T. SCHLEGEL de metastasibus in morbis. Jenae 1771.

VAN ROUGE de apoplexia lactea. Lugd. Batav. 1771.

E. G. BALDINGER observationes de morbis ex metastasi lactea in
puerperis. Jenae 1772.

E. G. BOSE programmata duo: de lacte aberrante. Lips. 1772.

M. E. BLOCH medicinische Beobachtungen. Berolini 1774.

CRANZ diss. de morbis matris ex impedita vel denegata lactatione.

D. NEUREITER de depositionibus lactis. Viennae 1775.

I. I. PLENK neues Lehrgebäude von den Geschwülsten. Edit. II.
1776. pag. 222. fqq.

I. LIEUTAUD praxis medica. Lips. 1777.

SCHMUCKER vermischte chirurgische Schriften 1779. Tom. II.
pag. 29.

L. F. B. LENTIN memorabilia circa aërem, vitae genus, sanitatem
et morbos Clausthalienfium. Götting. 1779. 4.

Eiusd.

Eiusd. Beyträge zur ausübenden Arzneywissenschaft. Lips. 1786.

A. BALTHAZAAR in Genes-natuur-en huis-houdkundig Kabinet, uitgegeeven door I. V. van ENGELN. Lugd. 1779. Tom. II. p. 182. Versio germanica reperitur in Sammlung auserles. Abhandl. cet. Tom. IX. pag. 631.

NATHAN. BERENDT dissert. de lactis metastasibus. Götting. 1780 4. Verf. germanic. habes apud. Cl. WEIZ, neue Auszüge aus Dissertationen für Wundärzte 1781. Tom. XIV. pag. 7. sqq. aliamque in Sammlung der auserlesensten Abhandlungen für Wundärzte. Lips. 1784. Part. VI. pag. 195.

ED. DARWIN Experiments establishing a criterion between mucinous and purulent matter; and on Account of the retrograde motions of the absorbent vessels of animal bodies in some diseases. Lichfield. 1780.

E. G. BALDINGER, Viri Cel., Magazin für Aerzte. Fasc. IX. p. 794. sqq., ubi exstant: Bemerkungen und Zweifel über die Milchversetzungen. Auctor est Cel. CRELL, professor apud Helmstädienses clarissimus, qui etiam multa contra metastases lactis attulit in libro, cui titulus: Lemgoische auserlesene Bibliothek der neuesten deutschen Litteratur. Tom. IX. pag. 44. sqq.

M. DOUBLET memoires sur la fièvre a la quelle on donne de nom de fièvre puerperale; ou observations sur les maladies produites per les metastases et les dépôts lacteux dans le cavité abdominale; Vid. Journ. de Médecine, Chirurgie cet. Decembr. 1782. p. 502.

Eiusd. nouvelles recherches sur la fièvre puerperale cet. Paris. 1788.

CH. G. SELLE neue Beyträge zur Natur- und Arzneywissenschaft. Berol. 1786. Tom. I. p. 45. 173. Tom. II. p. 111. 168. Tom. III. p. 92. sqq.

H. A. BIEDERMANN de iusta foeminarum lactatione, magno sanioris praesidio. Vitemberg. 1786. 4.

E. L. MURSINNA Abhandlungen von den Krankheiten der Schwangeren, Wöchnerinnen cet. Berol. 1786. Tom. II. p. 344.

I. G. ZEHNER Observatio medico practica febris puerperarum, cum manifesta lactis in cavum abdominis metastasi adiuncta epicrisi. Manhem. 1787.

AL.



ALPHONSE LE ROI l'histoire naturelle de la grossesse et de l'accouchement. Genev. et Paris. 1787.

Cel. HUFELAND über Milchverfetzungen und Kindbetterinnenfieber, in Cel. STARK Archiv für Geburtshülfe Tom. I. Part. III. p. 61. fqq.

W. SACHTLEBEN Bemerkungen und Beobachtungen über die Natur und Heilung der Milchverfetzungen, in STARK Archiv. Tom. II. Part. II. pag. 1 — 57.

ROTH Beobachtungen über die Milchverfetzungen, ibid. Part. IV. pag. 120. fqq.

W. CRUIKSHANK Anatomy of the absorbing vessels of the human body. Lond. 1786. 4. Verf. Germ. a Cel. V. C. F. LUDWIG. Lips. 1789. 4.

ASSALINI de vasis lymphaticis. Quem vero librum tantum nosco ex epitome ea, quae exstat in Memoires de Medicine, Chirurgie, Pharmacie, Physique etc. Paris. 1788.

I. L. RATZKY dissertatio de lactis metastasi, causa febris puerperarum, nuperrime rursus defensa. Ienae 1789.

I. IOSEPH de metastasi, inprimis lactea. Halae 1792. 8.

M. A. WEIKARD von Verfetzungen der Milch; in vermischte Schriften. Edit. II. 1793. Tom. I.

Huc omnino pertinent scripta de febre puerperarum omnia, quoad scilicet eius causam ad metastasin lactis in abdomen referant. Cum vero eorum enumeratio disputationem nostram nimis auxisset, lectores ablegabo ad Cel. NICOLAI Fortsetzung der Pathologie Tom. II. p. 711. fqq. BURSERII VON KANILFELD Anleitung zur Kenntniß und Heilung der Fieber (aus dem Lateinischen von HINDERER.) Giefs. 1785. p. 717. fqq. Cel. VOGEL Handbuch der praktischen Arzneywissenschaft. Tom. II. Cap. VI. §. 204.

SECTIO



SECTIO II.
DE DIVISIONE ATQUE SEDIBUS
METASTASIIUM LACTIS.

Puzos^{a)} morbos, a metastasi lactea orientes, dividit

A) in acutas et

B) in chronicas metastases.

A. ACUTAE sunt eae metastases, quae paulo post partum oriuntur brevemque cursum faciunt.

Diagnosis non saepe est difficilis. Plerumque praecedunt motus febriles, qui feбри lacteae similes sunt, seu dolores quoque abdominales, doloribus post partum non dissimiles. Febris vero, quae metastasin lacteam denunciat, a febre benigna lactea his phaenomenis est distincta: lingua reperitur sicca, dura; sitis magna, cutis sicca, horripilatio, pulsus frequens, interdum intermittens; dolores adsunt capitis somnusque cum deliriis; lochia adhuc fluunt et sic quoque lac mammis non adest. Mox vero morbus crescit; aures tinnunt, dolores capitis fiunt acutiores; inveniuntur magnae anxietates, deliria per dies noctesque, saepe oris titubantia; lac aberrat mammis, lochia subsistunt; adveniunt subsultus tendinum, sopor, tetanus cet.

Raro hae metastases acutae durant per longius tempus, quam quinque dies. Exitus plerumque est in mortem, nisi mox et cum ingenio medicus afferat auxilium. Si iam primo aut secundo die post partum, seu adeo ante partum veniunt: omnino est timendum, ne morbus malum habeat exitum.

Ad hanc metastasium lactis speciem pertinent:

1) Apo-

a) in Sammlung auferlesener Abhandl. Tom. I. Part. I. pag. 14. et 43.



1) Apoplexia ferofa, cuius exempla feſe vidiffe dicunt Puzos^{b)}, LEVRET^{c)} DELEURYE^{d)}. Adde van ROUGE differtat. iam ſupra laudatam: de apoplexia lactea.

2) Deliria, Mania et Melancholia.

(Mania lactea SAUVAGES Noſolog. method. Tom. III. Part. I. pag. 405. editionis, quae Amſtelodami 1763 lucem vidit).

Multi ſunt ſcriptores, qui eiuſmodi phaenomena a lacte, ad cerebrum aberrante, ſe vidiffe iactant, ut, PUZOS^{e)}, van der HAAR^{f)}, LAEGER^{g)}, REICHARD^{h)}, cett. Conf. quae RAULINⁱ⁾ de metaſtaſibus lactis ad cerebrum monuit.

3) Inflammationes pectoris, ut, Angina pectoris lactea, Pleuritis lactea (SAUVAGES Noſ. meth. Tom. II. P. I. pag. 460), Peripneumonia lactea, Pleuropneumonia lactea cett. Quorum exempla vidiffe voluerunt PUZOS^{k)}, DELEURYE^{l)}, ROUX^{m)}, LEVRETⁿ⁾, RAULIN^{o)}, Cel. BALDINGER^{p)}. Huc pertinet quoque depositio lactis in pulmones, cuius mentionem fecit Cel. LENTIN^{q)}.

Sym-

b) l. l. pag. 85.

c) v. Part des accouchem. §. 874. — Add. Cl. HELD, in praefat. ad verſionem ſuam hui. libr. germanicam.

d) l. c. pag. 170.

e) pag. 74. 78. 80.

f) in Verhandl. te Rotterd. pag. 78.

g) diſſ. cit. pag. 26.

h) in Cel. STARK Archiv Tom. I. Part. II. pag. 78.

i) Abhandlungen der Krankheiten der Sechswöchnerinnen. Verf. BURDACH. Lipſ. 1773. pag. 291.

k) l. all. pag. 54. ſqq.

l) l. l. pag. 173.

m) Journ. de Medic. Tom. XXXIV. pag. 315.

n) Part des accouch. §. 887.

o) libr. cit. pag. 300. ſqq.

p) diſp. laud. pag. 7.

q) Beyträge zur praectiſchen Arzneywiſſ. pag. 318.

Symptomata plane sunt eadem, quae vulgares pleuritides ac peripneumonias designant; haemoptysis tantum abest, calor non est urens, anxietates non perpetuae, symptomata omnia omnino leniora, atque interdum remittunt, ut PUZOS ait. Conf. etiam Cl. SACHTLEBEN liber: über die Natur und Heilung der Brustentzündungen. Lips. 1789.

4) Aberrationes in abdomen. Huc pertinet praecipue febris puerperarum, quam multi a depositione lactis in viscera abdominalia derivant; sed praetereamus hanc rem, cum infra plura de ea dicere velimus. Metritis quoque lactea SAUVAGESII (Nos. Meth. Tom. II. Part. I. p. 457.) huc pertinere videtur.

5) Miliarem lacteam (Milchfriesel) ad has metastases acutas numerant auctores, v. c. PUZOS^{r)}, LEVRET^{s)}, DELEURYE^{t)} alii.

(Miliaris lactea, l'éruption laiteuse à la peau SAUVAGES Nos. Meth. Tom. II. Part. I. p. 401.)

Pustulae scilicet sunt albae, non pellucidae, parvae; apparent paulo post febrem lacteam et durant cum pruritu cutis per octo seu decem dies; denique evanescent cum cutis desquamationibus. Quod genus est benignum neque periculosum. Aliud vero omnino est dubium, si scilicet pustulae sunt maiores, variolis similes; et pessimum genus est id, quod constat e latis, irregularibus, non multum elatis maculis, quae cum uredine, inflammatione, calore, plerumque deliriis sunt coniunctae et mox disparent, mox vero alio in loco iterum apparent.

B. CHRONICAE.

Distinctae sunt ab acutis his symptomatibus ac phaenomenis:

Febris vel plane abest, vel lenior est; durant per longius tempus, saepe per duos et tres menses; invadunt lactantes, quae iam diu parturire; lochia raro disparent; dolores, anxietates, omniaque illa acutiora et maligna, quae acutis metastasibus sunt coniuncta, symptomata, absunt. Quae libet vero propria habet symptomata, quae in singularium enumeratione

B 2

descri-

r) l. l. pag. 60.

s) l. c. §. 39. Conf. quoque LORRY de morbis cutaneis. pag. 280.

t) pag. 175.

describere volumus. Et nunc transeamus ad hanc enumerationem. Sedem scilicet sumere possunt

I. in partibus glandulosis.

1) in ipsis mammis:

(Mastodynia pilaris, Gall. Acrouffel, le Poil: SAUVAGES Nos. Meth. Tom. III. Part. I. pag. 192).

Sunt vel in una mamma, vel in ambabus; vel in glandulis mammarum, vel quoque in tela cellulosa; rariores vero in glandulis meris et rarissimae in tela tantum cellulosa. Plerumque et in tela cellulosa, et in glandulis coniunctim reperiuntur. Hoc loco vero de iis tantum, quae sedem habent in parte mammarum glandulosa, dicamus, cum de aberrationibus in telam cellulosam infra seorsum tractemus.

Tumores lactei, si sedem habent in glandulis mammarum, sunt frigidissimi, serosi, difficulter resolvendi. Mammae habent varios nodos, non cohaerentes; curis non est intensa, dolore vacua usque ad morbi finem. Plerumque in suppurationem transeunt, quae ichorosa, aquosa, maligna est, saepe cum fistulis coniuncta, neque prius desinit, quam glandula plane est destructa. Qua glandularum destructione mammae fiunt minores et ad lactandum haud idoneae.

Varii sunt scriptores, qui de his depositionibus tractaverunt, v. c. PUZOS^{u)}, DELEURYE^{v)}, LEVRET^{w)}, DAVID^{x)}, MELITSCHY), LENTIN^{z)}, alii.

2) in glandulis axillaribus et inguinalibus.

Conf. ASTRUC^{a)}, PUZOS, OTTO^{b)}, W. HUNTER^{c)}.

3) in

u) l. c. pag. 14. fqq.

v) l. l. §. 1058.

w) §. 922.

x) Sammlung auserlesener Abhandl. l. l. pag. 177. fqq.

y) in Cel. STARK Archiv. Tom. III. Part. I. pag. 74.

z) Beobachtungen einiger Krankheiten. Göttingen 1774. pag. 86.

a) Traité des Malad. des femmes. Tom. VI.

b) in anottat. ad versionem suam germanicam libri antecedentis. Tom. VI. p. 221.

c) Medical Commentaries Part. I. pag. 61.

3) in glandulis salivalibus:

In his quoque depositiones lactis repertae dicuntur, et lac cum saliva effluens vidisse voluerunt Puzos^{d)}, NUCK^{e)}, VV. DD. in miscell. Academ. Nat. Curios.^{f)}

SAUVAGES^{g)} effluxum lactis praeternaturalem, si v. c. formam salivae, urinae etc. habet, Galactirhoeam erroneam denominat.

II. In tela cellulosa.

1) in tela cellulosa mammarum:

(Mastodynia polygala SAUVAGES Nos. Meth. Tom. III, Part. I. pag. 194.)

Rarae sunt hae lactis depositiones. Mammae naturalem tenent formam, et tumor aequus totas per mammas sese extendit; nodi non inveniuntur; tumor non difficulter resolvitur; si vero ulcera in eo se fingunt, dolores fiunt acutiores (ita saepe, ut febris et deliria furiosa existant^{h)}), pulsantes, usque dum natura vel ars puri exitum aperuerit. Plerumque natura succurrit et suppuratio post paucos dies habet finem, vulnera se claudunt et mammae naturalem tenent formam magnitudinemque.

2) in extremitatibus inferioribus:

(Inde Ischias a sparganosi SAUVAGES II, Nos. Meth. Tom. III, P. I., pag. 213.)

Hae metastases raro sunt periculosae; durant vero longum per tempus et difficulter sanantur; plerumque sequi solent plures dies post partus; numquam fere utrumque extremitatum inferiorum invadunt.

Si formari hi tumores incipiunt, puerpera in inguinibus et in parte femoris superiore sentit dolorem pungentem, qui ad decursum vasorum magnorum descendit sine ullo rubore ac tumore. Quod inde venit, quia lac in tela cellulosa inter musculos Psoam et Iliacum sese deposuerat, ac
nunc

d) pag. 7. l. c.

e) vid. eius Sialographia et ductuum aquosorum anatomia nova, pag. 50.

f) An. II, Dec. II, obs. 76. An. XI, Dec. IV. Obs. 99.

g) Nos. Meth. Tom. III, Part. II, pag. 235 sq.

h) vid. v. c. Cel. BALDINGER l. I. pag. 4.

nunc per foramen ischiaticum viam sibi aperit in femur. Deinde in femore dolerosâ compressio sentitur idque intumescere incipit; paulatim compressio et tumor per totum femur et crus se expandit. Tumor saepe ingentem adsequitur magnitudinem.

PUZOSⁱ⁾, LEVRET^{k)}, WILH. DENAPPEL^{l)}, A. BALTHAZAAR^{m)}, Cel. MURSINNAⁿ⁾, aliique exempla narrarunt.

3) in extremitatibus superioribus:

PUZOS^{o)}, DEMERTET^{p)}, ARCHIER^{q)}, tumores et ulcera in digitis et brachiis a lactis metastasi vidisse volunt.

4) in dorso:

Tumoris lactei, qui apparebat in dorso, mentionem fecit de HAEN^{r)}. Alium in regione vertebrarum lumbalium vidit LUDWIG^{s)}.

5) in pelvi:

(Hyfteralgia lactea SAUVAGESII, Nos. Meth. Tom. III, P. I, pag. 187.)

Sedem suam hae metastases habent in tela cellulosa, quae vel inter Peritonaeum atque pelvis latera, vel inter musciculum Psoam et Iliacum, vel inter lata uteri ligamenta est, vel quoque in pluribus eorum locorum.

Raro ante decimum, seu decimum quintum diem post partum investigantur; saepe quoque post longius tempus.

Plerumque alterutrum latus invadunt, raro ambo; saepe ex hoc latere pelluntur, sed statim in alterum migrant.

Aegro-

i) l. l. pag. 17 sqq.

k) §. 922.

l) Verhandl. de Haarlem. Tom. XVI, pag. 350.

m) Sammlung auserlesener Abhandlungen Tom. IX. pag. 631.

n) Von den Krankheiten der Schwangern. Pag. 216.

o) Pag. 85.

p) v. Cl. MICHAELIS medic. pract. Biblioth. Tom. I, Part. I.

q) in Journ. de Medic. 1789. Verionem recepit Cel. HUFELAND in libro, quem inscripsit: Annalen der Französischen Arzneykunde, Tom. I, pag. 213

r) Rat. Med. Tom. VII, pag. 124.

s) Adversar. med. pract. Vol. I, Part. IV. pag. 728.

Aegrotae sentiunt in inguine illius lateris, ubi lac se deposuit, dolorem obtusum, gravitatem et compressionem in pelvi, imbecillitatem lumborum et rheumaticos iuxta tractum vasorum cruralium dolores, dolori ischiatico similes; in ipso hoc tractu non raro parvi sentiuntur tumores. Aegrota femora non sine graviore dolore extendere potest. LEVRET^{t)} censet, medicum mulierem, hoc morbo laborantem, vel in statu corporis erecto, vel dum genibus nitatur, vel dum in latere iaceat, digitis explorare oportere per vaginam, ubi non difficulter tumor in cavitate ossis Ilei deprehendatur.

Videantur hoc de malo PUZOS, LEVRET, VESPA^{u)}, alique, quos saepe iam commemoramus. VAN DER HAAR^{v)} luxationem femoris, ex aberratione lactis in pelvim ortam, commemorat.

6) in Hypogastrio:

(Huc pertinet Hysteralgia a Sparganosi, SAUVAGESII in Nos. Meth. Tom. III, Part. I, pag. 189.)

Hic lac in variis locis haesitare potest, imprimis

a) in cavo abdominis,

ex qua depositione oriri, ut plures putant, potest febris puerperarum, de qua vide infra. Huc pertinet tantum:

hydrops abdominis lacteus,

(Ascites chylosus SAUVAGES Nos. Meth. Tom. III, P. II, pag. 345.)

qui vel inter viscera abdominalia et Peritonaeum, vel inter Peritonaeum et musculos abdominis sedem habere potest, cuiusque exempla, praeter PUZOSIUM, afferunt VERNAGE^{w)}, ROTH^{x)}, BLOCH^{y)}, alique^{z)}.

b) in

t) l'art des Accouch. Part. II, cap. VIII, §. 453 et 922.

u) Ios. VESPA relazione dello malattia dell' Illustr. T. ARRIGHETTI. Firenze. 1783.

v) Haarl. Verhandl. Tom. VIII, Part. I, pag. 320.

w) in Memoir. de l'acad. Paris. An. 1746. Pag. 234.

x) in Cel. STARK Archiv. Tom. II, Part. IV. pag. 120 sqq.

y) Medic. Beobacht. pag. 183.

z) v. c. Journ. de Medic. XXXIV, pag. 283.

b) in ovariis atque utero:

inde hydrops et indurationes ovariorum uterique. Signa harum lactis aberrationum dubia sunt, plerumque post mortem tantum eae cognosci possunt, aut e lactis effluvio per os uterinum et vaginam, quod observasse vult LEVRET ^{a)}. E depositione lactis in cavum abdominis derivat BLOM ^{b)} uteri haemorrhagium, in puerpera quadam observatam.

7) in tela cellulosa muscutorum abdominalium exteriorum.

8) in tela cellulosa et duplicaturis Peritonaei.

Hic plurimi et maximi tumores lactei abdominales oriuntur.

Aegrota sentit dolorem in toto abdomine vagantem, doloribus post partum similem, qui denique figitur; ciborum non adest cupido; adsunt motus febriles lenes; somno caret. Denique tumores per attactum investigari possunt. Difficiter resolvuntur, plerumque transeunt in suppurationem et puri vel arte chirurgica exitum aperire nos oportet, vel natura ipsa id per ullam viam eiicit; ac si natura est adiutrix, plerumque materiei stagnanti per umbilicum aperit viam.

Exempla narrarunt CHOMEL ^{c)}, PUZOS ^{d)}, P. ROMMEL ^{e)}, BICKER ^{f)}, LEVRET ^{g)}, IAEGER ^{h)}, SCHMUCKER ⁱ⁾, alii.

9) in ipso viscerum abdominalium tractu.

Quae

a) §. 986. 812. — Conf. et ASTRUC lib. cit. Lib. III. cap. XV. §. 1. — DELEVREZ l. l. §. 1126.

b) in Samml. auserles. Abhandl. Tom. X. pag. 717.

c) in Memoir. de l'acad. Franc. An. 1728. pag. 581.

d) in pluribus locis laudatae dissertationis.

e) Ephemer. Nat. Cur. An. VIII. Dec. II. Obf. 167. p. 451.

f) l. l. pag. 212. sqq.

g) l. c.

h) diss. de met. laet. pag. 29.

i) verm. chirurg. Schriften l. c. p. 29.

Quae depositio rara dicitur. Forsan huc pertinent sedes ac diarrhoeae serosae, lacteae, quas multi auctores observasse volant, v. c. PLANCHON^{k)}, SMELLIE^{l)}, LEVRET^{m)}, STORCHⁿ⁾, TISSOT^{o)}, ZEHNER^{p)}.

10) in renibus et viis urinalibus.

(Pyuria lactea SAUVAGES l. l. Tom. III. P. II. p. 207).

Multi lac cum urina eiectum, vel urinam serosam, turbidam, lacteam viderunt, quae quidem depositioni lactis in illas partes sit adscribenda. Conf. PUZOS^{q)}, PEU^{r)}, van SWIETEN^{s)} HELD^{t)}, ANDRY^{u)}, TISSOT^{v)}, alii^{w)}.

11) in membranis et cameris oculi.

Saepe lac verum ex oculis effluere dicitur, quem morbum SAUVAGES^{x)} denominat Epiphoram lacteam; porro Guttam serenam^{y)}, Caliginem lacteam^{z)} aliosque oculorum morbos a depositione lactis ortos vidisse auctores voluerunt.

SECTIO

k) ROUX Journ. de Medic., Chirurg. et. Tom. XXIV. 1766. pag. 408.

l) Treatise on the Theorie and Practice of Midwifery p. 420.

m) §. 910. — Conf. quoque DARWIN in Samml. auserl. Abhandl. Tom. VI. p. 325. — DELEURYE l. c.

n) Weiberkrankheiten Tom. VI. p. 603.

o) von den Krankheiten vornehmer Standesperfonen. Vid. eius: Sämmtliche Schriften. Lips. 1780. Tom. II. p. 315.

p) diss. supra laud. pag. 16 17q. — TISSOT adeo lac per vomitum eiectum vidisse vult, quod igitur in ventriculo et superiore intestinorum parte se deposuisse debet. Vid. l. l. p. 317.

q) l. l.

r) Pratique des accouchem. p. 214.

s) Comment. in Boerhavi Aphor. Tom. IV. p. 610.

t) in praefatione ad LEVRET.

u) de la generation des Vers. pag. 114.

v) l. c. pag. 316. §. 57.

w) v. c. V. D. in Ephemer. Nat. Cur. An. I. Dec. I. obs. 88.

x) Nosol. Meth. Tom. III. Part. II. edit. ult.

y) vid. ST. YVES Traité des Maladies des yeux.

z) SAUVAGES l. c. Tom. II. Part. II. pag. 259.

SECTIO III.

CAUSSAE METASTASIVM LACTEARVM.

A) CAUSSA PROXIMA:

Vitiosa et retrograda vasorum lymphaticorum, lacteorum imprimis, motio, qua, vel lac in mammas iam depositum, vel succus lacteus, ab iisdem vasis resorptus, non ad mammas ducitur, sed potius ab iis derivatur, et ad aliena loca deponitur.

B) CAUSSAE PRAEDISPONENTES.

Quae vel excretionem iam praeparati lactis e mammis, vel fluxum succorum lacteorum ad eas impediunt.

Huc pertinent:

- 1) vitiosa mammarum conditio, quae varia esse potest:
- a) nimis sensibile papillarum epithelion, fissurae eius, epithelion detractum.

Hoc matrem impedit, ne ipsa mammas lactenti praebear; quo magnum remedium ad acceleratam lactis secretionem et excretionem amittit.

- b) papillae compressae ac deformes a).
- c) defectus papillarum, vel a prima conformatione vitiosa, vel a morbo seu alia calamitate.
- d) ductus lactei, vel nimis pauci, vel compressi et obstructi b).
- e) vulnera et cicatrices mammarum c).
- f) morbosae mammae, v. c. inflammatae, scirrhosae, cancerosae, pus eructantes, rigidae et sic porro.

g) ni-

a) conf. Cel. NICOLAI Fortfetz. der Patholog. Tom. II. pag. 195.

b) v. c. a mammarum pinguedine, quae modum excedit. conf. van SWIETEN Comment. Tom. IV. pag. 146.

c) vid. v. c. BLOCH med. Bemerk. pag. 185. — Cel. BALDINGER l. c.

g) nimis parvae mammae, vel ab innaturalibus vestimentis nimis arctis (ut vibratoriis) compressae ^{d)}, vel ab aetate proventa exsiccatæ nimisque flaccidæ ^{e)}.

h) defectus mammarum, a prima conformatione, seu a morbo quodam destructarum.

2) Vitiosa lactis conditio, v. c. nimis crassum lac, acrimonia lactis ^{f)}, et sic porro.

3) Ingens lactis secretio ^{g)}, ita ut infans lac exsugere non possit.

4) Cacochymia, debilitas aliique puerperarum morbi ^{h)}.

C) CAUSSAE OCCASIONALES.

Huc pertinent omnia, quae in nervorum systemate revolutiones, commotiones procreare, et sic ad systema vasorum absorbentium et resorbentium valere possunt.

a) Febres, ab ullo irritamento.

b) bilis vitiosa s. superflua.

c) vermes ⁱ⁾.

d) affectus et pathemata animi, v. c. terror ^{k)}, indignationes ^{l)}, ira ^{m)}, cett.

C 2

e) refri-

d) cf. Cl. BERENDT l. c. pag. 16.

e) v. Cl. IAEGER l. l. pag. 17.

f) cf. BOERHAVE Elem. Chem. Tom. II. pag. 302. sq.

g) cuius rei exempla habes in Miscell. Acad. Nat. Cur. An. VII. Dec. I. Obs. 97. An. II. Dec. II. Obs. 99, cett.

h) conf. LUDWIG praef. ad Advers. med. Vol. I. Part. I. — ROEDERER opp. med. edit. Cel. WRISBERG pag. 41.

i) v. CAMERER helminthologia intricata. Tubing. 1706. p. 6. — van der BOSCH hist. constit. epid. verminol. pag. 210. sq.

k) Vid. e. g. Haarlem. Verhandl. Tom. III. — Cel. BALDINGER l. c. pag. 5. — Cel. SELLE Beyträge P. I. pag. 66. cett.

l) v. c. STARK Archiv. Tom. I. Part. II. pag. 79.

m) ibid. Tom. III. pag. 70.

- e) refrigerationes ⁿ).
- f) omnia, quae debilitatem procreant et nervos irritant, ut, vigiliae ^o), evagationes in edendo et bibendo, partus difficiles, nimis magnae sanguinis iacturae, a partu praeprimis ^p).
- g) omnia, quae, si adfunt caussae praedisponentes eae, quas antea commemoramus, eas non tollunt, ut, neglecta infantis lactatio in lactis uberrate, diaeta inconcinna, et sic porro; denique
- h) nova, dum infantem lactant, mulierum graviditas.

SECTIO IV.

REFUTATIO VULGARIIUM DE CAUSSIS HORUM MORBORUM OPINIONUM, AC DEFINITIO EARUM ACCURATIOR.

Nunc vero omni iure oritur quaestio: utrum eae, quas supra commemoramus, caussae aberrationem lactis e locis, a natura ei destinatis, efficere possint, et utrum lactis sic dicta metastasis, veri quidem ac puri lactis, seu saltem feri veri aberratio ad locum alienum sit; an non?

Quod vero non concedo; atque igitur nunc argumenta eorum, qui veras lacteas depositions sine omni circumscriptione admittunt, examinare, ac mea aliorumque adversariorum argumenta contraria asserre volo.

Adversores, scilicet metastasium lactis, dicunt:

1) multos viros clarissimos illam materiem, quae e tumoribus sic dictis lacteis sit eiecta, quamque post mortem in sectis cadaveribus inveniissent, pro lacte vero habuisse. Sed omnes ii viri clarissimi

n) vid. v. c. SCHMUCKER ver. Schrift. Tom. II. — LENTIN Beobacht. einiger Krankheiten pag. 134. — KATZKY l. c.

o) v. PUZOS l. c. pag. 74.

p) cf. Cl. SACHTEBEN über Lösung und Nichtlösung der Nachgeburts, in Cel. STARK Archiv. Tom. I. Part. II. pag. 57.

fimi errare tam facile poterant, quam alii minores, praesertim cum adspetus, quam facillime fallere potest. Nam si materiem in tumoribus et ulceribus, quae a metastasi lactis orta fuisse dicuntur, cum pure aliorum ulcerum, ex ea causa manifeste non ortorum, conferamus, summam inter se similitudinem videmus; conferantur tantum, quae BURSERIUS ^{q)}, Cel. GRUNER ^{r)}, Cl. RATZKY ^{s)}, ut plures taceamus, attulere. Sic v. c. saepe urina phthysicorum est serosa lactique similis ^{t)}. Porro huc accedit, quod in feminis quoque extra puerperium ^{u)}, virginibus atque infantibus ^{v)} ipsisque viris ^{w)} depositiones materiei, lacti, caseo, sero simillimae sint visae; porro materiem, in diarrhoea coeliaca secretam, lacti similem, a multis quoque pro vero lacte agnitam, nihil aliud esse, quam lympham serosam, coagulabilem, ostendit R. A. VOGEL ^{x)}.

2) Processus chemicos ostendisse illam materiem verum fuisse lac. Cel. SELLE ^{y)} scilicet ecchymoma abdominale puerperae, febris puerperali necatae, chemice inquiri per Cl. HERBSTAEDT curavit, qui illam materiem pro lacte vero, alcali volatili obfaturato enunciavit. Sed quam facile experimenta chemica fallere possunt? Praesertim cum illa materies haud dubie tam corrupta ac putrida fuisse debeat, cum lympa coagulabilis et pus stagnans purum bonumque summam cum lacte similitudinem, habeant? Ceterum huc accedit, quod lacti integro alcali volatile numquam interfit; porro opinio, materiem explorata-

q) Institut. med. pract. Vol. I, pag. 519 sqq.

r) cf. FUCHS diff. de febre puerp. Ienae 1788.

s) l. l.

t) vid. REGA Meth. med. pag. 238.

u) cf. MORGAGNI Epist. anatom. medic. XLV. pag. 16. — Adde Epist. XX. pag. 37.

v) vid. e. g. PERCIVALL essays medic. and experim. pag. 332. — LIEUTAUD Hist. anat. med. Tom. I, pag. 257 sqq. — LUDWIG adverst. med. pract. Vol. II, Part. I, pag. 183 sqq.

w) van SWIETEN Comment. Tom. I, pag. 109. §. 75.

x) diff. de fluxu coeliaco. Götting. 1768.

y) vid. Neue Beyträge zur Natur- und Arzneywissenschaft. Part. III. n. 5. p. 92 sqq.



ploratam verum fuisse lac, nititur eo, quod liquidum exploratum ab acidis admixtis congelaceret: sed quodque liquidum animale lymphaticum ab acidorum admixtione congelascit; denique Vir Clarissimus partem butyram e liquido quaestionis separavit, et hoc quidem pro lactea natura grave daret argumentum, si experimenta adduxisset, quae demonstrarent, coagulum suum, haud mere albuminosum, sed simul oleosum fuisse. Quae argumenta contraria, omnia fere verbatim ab Ill. REIL^{z)} mutuata, experimenta illa chemica nisi conmutare, tamen in dubium vocare possunt.

3) Omnes fere metastases esse coniunctas cum lactis inopia in mammis. Neque vero semper adest defectus lactis, sed saepe in tumoribus lacteis et in febre puerperali, quae a depositione lactis oriri dicitur, lac in mammis abundat, cuius rei testes sunt BALTHAZAAR^{a)}, RATZRY^{b)}, MELITSCH^{c)}, LEAKE^{d)}, GIESEKE^{e)}, alii. Ego ipse tumores sic dictos lacteos vidi, ubi lac in mammis abundabat.

4) Denique dicunt, lac in corpore puerperae omnibusque vasis fecerentibus et excernentibus, omnibusque humoribus abundare, qua abundantia multa derivanda essent phaenomena, v. c. acidus sudoris odor, urina serosa, lacti similis, albida sanguinis crusta pleuritica, diarrhoeae lacteae, cett. f).

Scilicet si verum esset, ut lac in puerperarum corporibus tam copiose ambularet, stagnationes, depositiones ac metastases lactis non rarae essent. Sed haud dubie omnia illa phaenomena a lacte abundante non derivanda sunt; nam, ut nonnulla tantum adferam, urina serosa ac turbida oritur e
crudi-

z) Memorabilia clinica Vol. I, Fasc. II, pag. 169.

a) in Sammlung auserles. Abhandl. Tom. IX, pag. 831 sqq.

b) in sine diff. laud.

c) in Cel. STARK Archiv Tom. III, pag. 69 sq.

d) Practical observations on the child-bed fevers pag. 32 et 41.

e) in Comment. Lips. Vol. XXII, pag. 131.

f) conf. v. c. le ROY prem. memoir. sur les sievres aiguës pag. 202. — LEVRET Part des accouch. pag. 147. — Cel. BALDINGER l. l. pag. 7. laudat dissertationem MICH. SENNERTI (sist. casum genuinum lactis e vena aperta educti. Vitem. 1670) ubi narratur: lac e vena secta effluxisse.

cruditatibus abdominis et ex debilitate vasorum fecermentium, reperitur quoque in aliis morbis, e. g. phthisi, arthritide, affectibus calculosis cetr.; porro in sanguine saepe reperitur multum feri pituitosi, quod, si sanguis refrigescit, in filamenta alba fingitur: sic GABER^{g)} serum sanguinis digestum, sedimentum lacti simile, habuisse vidit; denique sudoris acidum odorem non in omnibus puerperis reperi, idemque etiam in aliis morbis, qui nullam lactis suspicionem admittunt, observatur; cur nunc sudor, qui interdum apud puerperas reperitur, acidus, in his quidem a lacte oriri debeat.^{h)}?

Haec sunt praecipua argumenta, quae pro lactis metastasibus militare dicuntur, sed nos convincere omnino non potuerunt; graviora enim sunt argumenta contraria, quae et antea simul adduximus, et nunc adducere volumus. Hae scilicet sunt:

1) Plurimi tumores sic dicti lactei, etiamsi longum per tempus durassent, non difficulter resolvi possunt, ac saepe resolvunturⁱ⁾. Si vero materia stagnans fuisset lac, hoc congelascere oportuisset; cum nunc serosa tantum pars resorberi a vasis resorbentibus, caseosa verum pars nec resorberi, nec calore seu humore resolvi possit: quomodo nunc illa pars caseosa removeri potuisset^{k)}? Assertores quidem metastasium lactearum, CLAR. SACHTLEBEN^{l)} imprimis, probant, tumores inveteratos numquam fuisse resolutos, sed semper in suppurationem transiisse. Testes vero sunt PUZOS, CL. SCHAEFFER ll. ll. alique, de perfecta eorum tumorum resolutione; equidem ipse tumores in mammis, qui per menses iam duraverant, omniaque illa tumorum lacteorum signa habuerant, brevi tempore resolutos vidi.

2) Saepe nullum lac, seu minimum saltem lactis reperitur in mammis, ac tamen nullae investigari possunt aberrationes.

3) Non

g) Act. Taurinens. Vol. II, Spec. II, pag. 157.

h) conf. BURSERIUS l. c. pag. 737 sqq., ubi hoc multis exemplis probat.

i) conf. e. g. CL. SCHAEFFER Versuche aus der theoretischen Arzneywissenschaft pag. 409.

k) conf. CL. CRELL in BALDINGER Magazin l. supra cit.

l) l. c. pag. 11 sq.

3) Non raræ sunt metastases, quæ iam ante lactis in mammas adventum inveniuntur. Si igitur constarent e lacte vero, iam adesse lac in mammis oportuisset.

4) Sæpe tam ingentes sunt, ut cum lacte, quod in mammis erat, omnino non conveniant.

5) Lac est tam lenis ac blandus chylus, ut non terribiles effectus eos, quos a metastasibus lacteis orientes videmus, efficere possit; si itaque etiam veras lactis aberrationes concedamus: lac congelascere in quodam loco non possit, sed potius in sanguinem et fucos corporis reliquos recipi atque in verum sanguinem iterum mutari oportuisset ^m).

6) In illo tempore, quo infantes a mammis desuescunt, omnino metastases frequentissimæ oriri debeant, præsertim, cum hac occasione vitia gravissima in diæta, in ipsâ desuetudine cet. committantur. Rarissimæ vero hoc tempore inveniuntur eiusmodi morbi.

7) Vasa illius telæ cellulosæ earumque glandularum, ubi illæ metastases reperiuntur, tam subtilia teneraque sunt, ut illum tenacem et crassum succum lacteum omnino non excipere et transmittere possint.

Cui argumento quidem obiicitur:

a) lympham ac bilem quoque errores loci facere: sed lymphæ ac bilis quo modo lacti comparari possunt? Bilis quidem in sanguinem redire, ac per omnia colatoria transire potest, neque vero tumores, abscessus cet. efficere.

b) Sanguinem quoque in inflammationibus vasa lymphatica, non ad sanguinis receptionem destinata, perfluere, cum tamen illa vasa longe minorâ, quam arteriæ et venæ essent. Sed illa vasa sunt processus et extremitates arteriarum, in quibus omnino sanguis in ipso statu naturali, sine inflammatione fluit; inde non est admirandum, si in ipsis inflammationibus sanguis cum maiori impetu in ea urget atque in iis est manifestus. Igitur hæc comparatio huc non est idonea.

8) Suc-

^m) vid. I. F. MECKEL nova experimenta et observationes de sinibus venarum et vasorum lymphaticorum cet. p. 56. lqq.

8) Succus lacteus per vasa, ad hoc destinata, in mammas perducitur in iisque demum crassior succus paratur, quem verum lac nominamus. Ut igitur metastasis huius lactis possibilis esset, vel vasa resorbentia eum recipere oporteret in aliumque locum perducere, quod vero fieri nequit, ut paulo ante vidimus; aut per eadem vasa, quae adduxerint, retro duceretur, id quod a structura istorum vasorum prorsus abhorret; aut denique lac, si vasa resorbentia reducerent id, sine dubio in mammis dissolvi oporteret, ut vasa ista tenuiorem partem, serum, resorbere possent; crassior et caseosa pars remaneret, et quo illa abiisse putaretur? Conf. antea n. 1. pag. 23.

Haec argumenta octo, coniuncta iis, quae supra iam commemoramus, docent nos, omnia illa phaenomena, quae a lactis migratione derivari vulgo solent, eodem iure, immo maiori, ad alias causas referri posse.

Sed nunc oritur quaestio, ad quam causam illa phaenomena illorumque, qui vulgo metastasi lacteae tribuantur, morborum causae proximae referri possint? Cui vero quaestioni non difficulter, ad meam opinionem, responderi potest. Ut verum rectam ineamus viam, necesse est, morbos, qui a lactis metastasibus oriri dicuntur, in suas redigere classes, ad iudicium nostrum sic constituendum.

Ad quem modum huc pertinet:

A) FEBRIS PUERPERARUM.

Hanc a multis ab acuta lactis in abdomen metastasi derivari, notum est. Inprimis nuper VV. Cell. SELLE ⁿ⁾ et HUFELAND ^{o)} hanc opinionem defenderunt. Nimis multa quidem adsunt argumenta, quae contra hanc opinionem militent. Universalia iam antea attigimus et refutamus: nunc igitur nonnulla specialia breviter commemorare nostrumque iudicium adiacere volumus.

a) Dicunt: manifestam in cavum abdominis metastasin reperiri; sed in multis, qui nec febrī puerperali mortui erant, nec ea mori potuerant, quo-

n) Neue Beyträge zur Natur und Arzneywissenschaft P. I. p. 45. P. II. p. 111. P.

III. n. v. p. 92. — Pyretolog. p. 255. — Medic. clin. edit. VI. pag. 494 sqq.

o) in Cel. STARK Archiv für Geburtshülfe Tom. I. Part. III. pag. 61. sqq.



quoque post mortem eadem, lacti similes, materies reperiebatur ^p). Chemica experimenta iam supra refutamus.

b) methodus huic morbo medendi huic opinioni repugnat. vid infra.

c) saepe in corporibus a vera febre puerperali mortuorum illa materies lactea non reperiebatur ^q). Id ipse testatur Cel. SELLE ^r).

d) semper fere oritur nostra febris cum omnibus suis symptomatibus, durat per aliquod tempus et tunc demum lac evanescit ^s).

e) saepe lac in mammis usque ad morbi finem, et in febris puerperali, et in aliis morbis, qui a lactis depositione oriri dicuntur, abundat ^t). Quod vero fieri non possit, si causa sit metastasis lactea; tunc enim omne lac ad locum metastaseos aberrare oporteat.

Causa igitur proxima febris puerperalis esse non potest metastasis lactea in abdomen. Itaque nunc veram causam materialem investigare studemus.

Febris puerperarum non est peculiaris species. Puerperae possunt, ut omnes alii homines, ab omnibus morbis invadi, qui eo tantum, quod puerperas, quae iam per se imbecilles atque aegrotae sint, incessant, periculosiores sunt, quam in aliis. Dispositionem etiam propriam ad varios morbos recipiendos habent, ad quam eas et partus, dolores quos tolerarunt, febris lactea, novitasque sui status, et graviditas peracta, diaeta in ea neglecta, compressio uteri gravidi in viscera abdominalia cett. praeparant, quae omnia mox latius exponamus.

Ad hos status nostra etiam febris modificatur; quae scilicet sese accommodat tantum ad praedominantem constitutionem epidemicam, ad aetatem, ad individuum puerperarum statum et sic porro ^u).

In-

p) conf. BURSERIUS l. l. et quae iam supra diximus.

q) HULME Abhandlungen von dem Kindbetterinnenfieber. Lips. 1772. p. 33 sq.

r) Beyträge l. l.

s) vid. LAKE praktische Bemerk. d. Krankheiten der Kindbett. Lips. 1775. p. 32 et 41. — GIBSKE l. l.

t) conf. supra n. 2. pag. 23.

u) conf. WITTEWIT epidem. Catarrh. 43.



Inprimis vero duo status, puerperis praecipue proprii, eminent, ad quos causa huius febris proxima reduci potest; scilicet

I) STATUS GASTRICUS.

a) Causae praedispicientes.

Graviditas ipsa, uteri extensi compressio in ventriculum, hepar aliaque abdominis viscera, qua congestiones cruditarum efficiuntur, vitia diaetetica, indignationes sollicitudinesque in graviditate, defectus quietis, cubacula et vestimenta nimis calida, evacuantia neglecta, venaesectiones supervacanae.

b) Causae occasionales.

Vacuum, post partum nunc statim in abdomine oriens, visceribus maius spatium ad celerius movendum dat; corporis conquassationes in partu et in febre lactea, quibus cruditales moventur; stultia, multis locis adhuc consueta, abdominis vincio; vitia diaetetica continuata, calefacientes stragulae, vestes et thalami, sanguinis evacuationes corpori puerperae non convenientes, constitutio epidemica, aer corruptus, aestas, terrores, sollicitudines continuatae.

Ex his causis patet, puerperas prius, quam alios, a febre gastrica invadi posse; febrem vero puerperalem saepe ac semper fere esse gastricam, probari his argumentis potest:

1) Symptomatibus ac phaenomenis.

Haec omnia statum gastricum firmant. Febris saepe statim post partum, plerumque cum impetu febris lacteae, facit initium cum maiori seu minori frigore et alternis horroribus; adest lassitudo, gravitas in toto corpore, anima foetens, respiratio anxiosa, praefus faciei color; sentiunt compressiones in regione epigastrica, anxietates, dolores capitis, inquietudines, sitim magnam, vertiginem, acidum, putridum et amarum ructum, fastidium, saepe in vomitum verum transiens, saporem amarum torminaque; lingua est squalida, viridis: sedes foetidae; mox diarrhoea, mox obstinatae obstructions: adest meteorismus abdominis, qui vero saepe post sedes perfoetidas diminuitur et in quo abdomen sine doloribus extraordinariis

nariis reperitur: tantum ad regionem epigastricam dolores sunt graviores v); reperiuntur dolores inter scapulas; cutis mox sicca, mox humida; urina mox clara, mox rubicunda, plerumque vero turbida cum nubibus: pulsus varius, interdum plane fere naturalis, mox celer et durus iterumque tardus, mox plenus et mollis. Lac et lochia rarissime evanescent.

Hic est decursus benignae febris puerperalis; exempla etiam varii auctores nobis tradiderunt, v. c. WHITE w), histor. morb. IV. et VII., GASTELLIER x), IAHNY), BACH z), ARCHIER a), RATZKY b), alii. Equidem ipse puerperam, hac febre laborantem, nuper curavi, cuius historia haec est:

Agricolae cuiusdam in pago H — uxor, triginta quatuor annorum, firma quidem valetudine praedita, sed conditione ceterum corporis delicata, die Maii x filium quartum absque gravi labore partu edidit. Durante graviditate diacetam neglexerat saepeque indignationes habuerat. In fine diei secundae post partum simul cum impetu febris lacteae fastidium conatusque ad vomitum cum doloribus abdominalibus sentit; vires corporis diminuebantur, inquires et animi demissio aderant.

Die tertia lac in mammis apparuit, infantem lactavit, lochia fuerunt naturalia; attamen status idem mansit et asperior adeo factus est; horripilationes saepius redibant, abdomen intumescerebat. Maritus me confulebat, sed aegrotam demum die quarta, ob intervallum locorum, invisebam. Aderant lividus faciei color, oculi nubili, debilitas viriumque prostratio, vigiliae, libido, anima foetens, respiratio anxia; sapor erat, ad verba illius, ut ova putrida: lingua squalida, viridis: sitis urens: anxietates
et

v) conf. GASTELLIER *Traité de la fièvre miliaire de femmes encouche.* histor. VII.

w) WHITE *Behandlung der Schwangern und Kindbetherinnen* Lips. 1775.

x) l. l.

y) in *Cel. STARK* *Archiv.* Tom. II. Part. II. pag. 126. fqq.

z) *ibid.* Tom. III. pag. 302. fqq.

a) in *Cel. HUFELAND* *Annalen der französischen Arzneykunde, und Wund-
arzneykunst.* Tom. I. pag. 208. fqq.

b) *disp.* l.

et compressiones in pericardio vehementes: dolores capitis, praecipue in regione frontali, summi; tumor abdominis ingens, sensibilis in tactu, dolorosior vero in regione ventriculi; deiectio alvi obstructa, dolores colici; pulsus parvus, durus, saepe intermittens.

Grana decem Ipecacuanhae ei dedi; vomitus ex ea tres habuit. Deinde accepit clysmata, quod, post unam horam repetitum, deiectiones alvi restituit sedesque quatuor foedissimas effecit. Mox statim fere tumor abdominis diminebatur; anxietates, dolores colici doloresque capitis disperebant. Per noctem dormiebat.

Die quinta aderant adhuc nonnulla symptomata gastrica lenia; igitur repetebatur emeticum, quod vomitus efficiebat tres. Post illud accipiebat Timarindarum palpam cum Cremore Tartari. Deiectiones alvi erant multae. Morbus evidenter decrefcebat, ita, ut aegrotata septima die lectum relinqueret. Mammae per omnem morbum lacte turgebant; lochia semper erant naturalia.

Sed non semper haec species febris puerperarum est tam benigna; attamen causa semper eadem; nam res secundariae tantum statum faciunt deteniorem. Huc pertinent: partus difficilis, imperitia et inhabilitas obstetricis, neglecta evacuantia, cruditates quae ob ea acriores fiunt, singularis ad putridam sanguinis resolutionem inclinatio, putrescentia, quae remanserunt, placentae fragmenta, debilitas et irritabilitas nervorum summa et sic porro. Quae conditiones tam celeria symptomatum incrementa, tam magnam malignitatem procreant, ut omnes, et medici curantis, et naturae labores fiant inanes. Lingua fit nigra, dura, fissa; sitis insatiabilis, meteorismus ingens doloresque abdominis gravissimi; summa virium prostratio; paralyse, stupor, sopor, singultus, tinnitus aurium, convulsiones, subfultus tendinum, deliria; vox propera, haud intelligibilis; respiratio laboriosa, sterterosa; aspectus ferox, oculi rigidi, calor faciei squalidus, lividus; stranguria, seu incontinentia urinae; sedes involuntariae foedissimae; pulsus irregularis, summe irritatus, tremulus, parvus, durus, celerrimus; paucis verbis, oritur verus typhus remittens, ut

III.

III. REIL ^{c)} hanc febrem denominat, vera febris acuta nervosa.

Quae si adest malignitas, plerumque statui gastrico sese immiscuit status inflammatorius, de quo mox plura dicamus.

2) Phaenomenis post mortem apparentibus.

Saepe post mortem in sectis cadaveribus reperitur bilis tenax, crassa in vesicula fellea, cruditatesque manifestae in primis viis; in multis ecchymomata in abdomine erant saniosa, virida, putrida, foeda, manifesta solutorum ac putridorum succorum signa ^{d)}.

3) Methodo medendi.

Semper optimum auxilium praebent evacuantia, si scilicet tempore suo adhibentur neque res secundariae illam malignitatem nostrae febris dererunt. Sed propositum nostrum non est, therapeutice hoc loco de hac febre tractare: ideoque ea, quae ad artem therapeuticae pertinent, transeamus, et lectores remittamus ad ea, quae RIVERIUS ^{e)} dixit; porro ad historias morborum apud WILLISIUM ^{f)}, WHITE, IAHN, BACH, RATZKY ^{g)}, in primis vero ad divinum STOLL ^{h)}.

II. ATONIA ET INFLAMMATIO ABDOMINIS TOPICA.

Raro quidem haec causa sola locum in nostro morbo habet, haud facile inde est cognoscenda et difficilior sananda. Eam vero saepe causam proximam febris puerperarum esse, probant et causae praedisponentes, et symptomata ac phaenomena in sectis cadaveribus reperta. Rarissime atonia per se causa esse videtur, sed plerumque inflammationi ac semper fere statui gastrico et nervoso est coniuncta.

1) Caus-

c) I. I. pag. 162.

d) conf. HULME et LEAKE, locis saepius laudatis.

e) Prax. Med. XV. cap. XXIV. §. 6.

f) de febribus cap. XVI. pag. 77 lqq.

g) locis saepe iam citatis.

h) Ratio med. Tom. II. cap. IX.

1) *Cauffae praedisponentes.*

Labores fervefacientes, cibi ac potus ferventes in graviditate; vestimenta arcta, inprimis fasciae et strophia; uteri gravidi pressio et in Aortam descendentem, qua circulatio sanguinis impeditur, quae nunc post partum maiori vi atque copia in abdomen ruit, et in vasa lymphatica, qua lymphæ haesitat ac tenax acrisque fit ac tamquam materies purulenta in locum quemdam deponitur; viscerum tritus inter se ob uterum ea comprimentem etiamque in ipso partu; muscoli abdominales ab utero gravido extenta indeque debilitata; uterus denique ipse, cum ceteris genitalibus, relaxatus.

2) *Cauffae occasionales.*

Ipse partus, praesertim difficilis et longe durans; vehementes indentationes ad dolores ad partum elaborantes, incommodum cubile, nimis arcta abdominis ligatio, ferventes potus ac pellentia medicamenta, refrigerationes, attractus funiculi umbilicalis et placentae stultus, amissio sanguinis immodica, aucta nervorum irritabilitas, spasmi, sordes primarum viarum, cett., quae omnia imperum sanguinis ad relaxatum abdomen augentⁱ⁾.

3) *Symptomata morbi.*

Dolores abdominis vagi, quibuscum morbis incipit, qui denique se figunt et cum qualibet inspiratione augentur; tumor et durities abdominis ingens, qui levissimos tactus perferre non potest; dolores lumborum; uterus turgidus, ficca, urentia ac dolorosa genitalia externa, lochiorum remansio; pulsus parvus, durus, inaequalis, celerrimus; creber desidendi et mingendi pruritus; inquietudo maxima; aspectus ferox, oculi rigidi; extremitates mox frigidae, mox calidae.

4) *Phaenomena in cadaveribus.*

In fectis cadaveribus plerumque inveniebatur uterus cum vicinis partibus inflammatus, cuius rei testes sunt LE ROY^{k)}, MEZ^{l)}, POUTEAU^{m)},

i) conf. LEAKE loc. cit. pag. 50.

k) Premier. Mem. sur les fièvres aiguës pag. 204 sq.

l) compend. medic. Fasc. I. de febribus, cap. XXIV.

TEAU^m), GASTELLIERⁿ), VAN SWIETEN^o) WHITE^p), HULME^q) LEAKE^r), alii. Saepe omentum plane destructum et a pure consumatum inveniebatur^s); saepe mox hoc, mox illud viscus inflammatum et gangraenosum erat^t).

Ipsum serosum, lymphaticum extravasatum, in abdomine repertum^u), probat, atoniam seu inflammationem causam proximam morbi nostri esse. Nam nullum lac esse, imo esse non posse, neque causam, sed effectum morbi, iam supra ostendimus. Nihil aliud esse potest, quam effectus atoniae et inflammationis; nam:

a) atonia iam per se, sine ulla inflammatione, extravasata plerumque conciliat^v).

b) In aliis, ex atonia et inflammatione ortis, morbis idem observamus extravasatum^w).

c) Saepe viscera ab ecchymomate conglutinata, et omnia fere a pseudomembrana, e materia quadam caseo atque lacti simili constante, obducta in nostro morbo reperimus^x). Quod vero a lacte fieri non poterat.

Huic

m) Melanges de Chirurgie pag. 182.

n) de la fièvre miliaire des femm. en couch. pag. 108.

o) Comment. ad BOERHAV. §. 1329.

p) l. l.

q) l. c.

r) loc. l.

s) conf. LEAKE l. l. — Journ. de Medic. 1777. Mens. September. — Huc pertinet observatio ea, qua probatur, indurationes plerumque in omento feminarum, quae saepius fuerint gravidarum, remanere. Vid. PORTAL von Geschwülsten und Stockungen im Netze; in Samml. auserles. Abhandl. für prakt. Aerzte. Tom. II. Part. III. pag. 129.

t) vid. FAUKEN in Comment. Lip. Vol. XIX. pag. 289 sqq.

u) cf. v. c. HULME l. l. — de la ROCHE über Kindbetterinnen-Fieber; verf. Cel. SELLE. 1785. ut alios taceamus.

v) conf. ALPHONSE LE ROY in Cel. HUFELAND Annalen Tom. I. pag. 301.

w) conf. III. REIL l. c. I. 2. 172. multique alii, — Adde CRUIKSHANK et ASSALINI II. II.

x) vid. FAUKEN l. l. — Cel. SELLE Beyträge Tom. II. pag. 49 et II. Tom. III.

Huic quidem argumento obiicitur, quantitatem liquidi reperti nullo modo ad gradum inflammationis praesentis referri posse y). Sed optime III. REIL z): „quae est,“ inquit, „nobis definita mensura proportionis „effusae lymphae coagulabilis ad datum quemdam inflammationis gradum?“ simulque affert historiam sectionis, ubi inflammatio minima, lymphae vero exsudatae quantitas ingens erat.

Ad contrarium confirmandum afferunt, inter alios BURSERIUS *), venaesectiones esse necessarias, si inflammatio esset causa proxima. Nostro vero in morbo habemus inflammationem topicam, evasorum atonia ortam, et hanc nos oportet distinguere a diathesi inflammatoria; in hac omnino necesse est, venaesectionem instituere, in illa vero venaesectione non solum superflua, sed nocua adeo est.

Rariorem, puro statu gastrico, hunc statum invenimus purum; plerumque statui gastrico penitus est coniunctus. Sed quae res secundariae, quae causae vilissimae, conversionem gignere hoc in morbo possunt? Unica et universalis medendi methodus praestitui et adhiberi haud potest; hoc in morbo verum ingenium practicum ostendere valet medicus.

B) METASTASES LACTIS IN PELVI ET EXTREMITATIBUS INFERIORIBUS.

Liquidum repertum nihil aliud est, quam lymphae effusa. Uterus gravidus per graviditatem comprimit vasa pelvis lymphatica; praecipue ea, quae per ligamentum Pupartii viam suam sumunt. Quam ob rem lymphae in extremitatibus retinetur haesitatque in pelvi. In laboribus ad partum compressio augetur, vasa pluri lymphae implentur, quae lateribus vasorum valde obstitit et denique sese effundit in telam cellulosam. Idem fere res se habet cum hydrope sic dicto lacteo, similemque causam tumores in tela cellulosa mammarum habent.

C) ME-

y) Cel. SELLE l. c. Tom. I. pag. 70.

z) l. l. pag. 172.

*) libr. cit. pag. 749. edit. Germ.

E



C) METASTASES IN PARTIBUS GLANDULOSIS.

Harum quidem causa manifeste nulla alia est, quam haeritans et acris lymphæ. Nodi quidem mammarum, qui inter lactandum interdum oriuntur, saepe originem trahunt a lacte in ductibus lacteis haerente; porro ii, qui post ablactationem apparent, etiam a lacte spisso, crasso; neque vero eam ob causam metastases lactei denominari possunt.

Saepe originem trahunt a compressione quadam externa, saepius a vitiiis succorum corporis; possint ne etiam ab acrimonia scrofulosa interdum oriri?

D) IN CAVO ABDOMINIS, PRAESERTIM IN DUPLICATURIS PERITONAEI.

Lymphatica harum partium vasa comprimit prae ceteris uterus gravidus; haec compressio perpetua, irritamenta e congestis cruditaribus, labores in partu et relaxationes post eum, cett., causae multae sunt ad atoniam et inflammationem harum partium topicam perficiendam. Lymphæ coagulabilis sese effundit, tumores fingit ac denique viam sibi aperit.

In pago Mansfeldico S — erat puella, Augusta B —, decem annorum; initio mensis Aprilis huius anni sentiebat graves in abdomine vagantes dolores, qui denique se figebant; aderant motus febriles. Medicamentis nullis utebatur, nisi ineptis medendi rationibus ac domesticis, quae vocant, medicamentis. Dolores et febris post decem dies remittebant ac plane fere disperebant; nunc abdomen intumescere incipiebat; aegrotæ sentiebat intolerabilem fere compressionem; cibos non appetebat; somnus nullus; mox diarrhoea, mox obstructio alvi; extremitates tabescebant; debilitas totius corporis summa. Post unum et dimidium mensem parentes me consulebant et nunc demum eam invisebam. Febris aderat lenta, post meridiem quotidie adveniens; abdomen a pelvi ad regionem epigastricam usque tumidum, appulsus resonans, laeve, sine nodis; umbilicus inflammatus, propulsus, dolorosus, ne stragula quidem perferret; infra eum ad latus sinistrum obscura fluctuatio animadvertebatur; in regione diaphragmatis magnam compressionem inter inspirandum aegrotæ sentiebat. Diebus duobus elapsis in umbilico ipso apparebat foramen, per quod pus sibi aperie-

aperiebat viam; puris certe sex librae effluebant, quod lacti simile erat cuique filamenta caseosae materiae innatabant; cum per aliquod tempus in vase quiesceret, cutis cohaerens, quasi ut pingue lactis, in superficie eius se fingebat.

Utrum vero hic quoque morbus fuisset metastasis lactea? an potius e contrario concludere possimus, eandem conditionem cum similibus puerperarum morbis et suppurationibus adesse? atoniam et inflammationem lenem causam eorum proximam esse?

E) LOCHIA LACTEA.

De his pauca tantum addamus. Nihil aliud esse videntur, quam mucici effluxus e glandulis genitalium, a topica harum partium debilitate ac relaxatione ortus, species fluoris albi. Saepe enim ad finem graviditatis adest mucifluxus e vagina, qui e debilitate topica oritur; si nunc in partu hae partes magis adhuc relaxantur, remanet etiam hic fluxus diu post partum, quamvis multum lac in mammis adsit et infans lacteat; quod saepius observatur, praesertim in cacochymicis et debilibus.

FINIS.

ADDITAMENTUM.

Si febrem puerperalem in systemate nosologico adferre vellem,
hanc tabulam systematicam darem:

GENUS: FEBRIS PUERPERARUM.

SPECIES I. Febris puerperarum notha, a statu gastrico

- a) Febris puerperarum gastrica, pura, s. simplex
- b) Febris puerperarum gastrico — putrida, cum statu nervoso, s.
febris puerperarum acuta nervosa;


SPECIES II. Febris puerperarum vera, ex inflammatione et atonia partium genitalium et abdominis.

- a) Febris puerperarum inflammatorio — abdominalis simplex:
 - b) Febris puerperarum inflammatorio — putrido — nervosa.
-

PICA

1078





DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
DE
METASTASIBUS LACTEIS,

QUAM,
CONSENSU ILLUSTRIS MEDICORUM ORDINIS,
PRAESIDE

VIRO ILLUSTRIS
PHILIPPO FRID

MEDICIN. ET
PROFESSORE PUBL. OR
CLIN. I

GRADU DOCT

DIE XII. SEPT

LEGITIM
P U B L I C

FRIDERICUS GO

ISL

T Y P I S G

